



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Baptismatis hæreticorum vsus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

BAPTISMA HAERETICORUM
abominandum esse vindicta diuina probat.

I.
 lib. 7. c. 50.

BRedeb. in collat. sacris ait: D. VValterus
 N. Canonicus nuper Antuerpiensis, mo-
 do autem, post Cleri & Catholicorū profliga-
 tionem in collegio Tungrensi Canonicus ex-
 istens. testis oculatus narravit, mulierem quā-
 dā Catholicā eamq; coniu gatā partu prolem
 enixā esse, quem cū illa Catholico ritu, mari-
 tus vero hæreticus nouo illorū hominū sche-
 mate baptizari vellet, maritū, vxore puerpen-
 dormiente, prolem clam à latere matris sub-
 ripuisse & ad Calvinisticę factionis præcones
 baptizandum pertulisse. Ad quem vbi perue-
 tū est, præco iste prolem baptizaturus morte-
 am eā deprehendit. moxq; cū patre exposu-
 lans, vt quid ipsum tali impostura ludificari
 institueret, vt mortuā sobolem ad baptismum
 adduceret? Pater inopinato casu consternatus
 mox domum reuertitur, cubiculum vxoris
 clam ingreditur, eamq; etiam nū dormientem
 cernens, infantem quem à latere dormientis
 clandestinè subduxerat eadē arte suo rursus
 loco deponit. Tacitoq; gressu recedens, pau-
 loq; post tanquam vxorem inuisurus in cubi-
 culum regressus illam iam euigilantem allo-
 quitur, rogat quo pacto agatur, ac deinde qui
 valeat infantulus, illa ante gestorū ignara in-
 fantulum cōplexa, belle illū adhuc valere ait,
 viuumq;

viuumq; patri blandè exhibet. Pater rei miraculo stupefactus, Calvinianos errores & hereses respuit, Catholicæ vxoris Catholicam fidem & religionem constanter amplectitur.

Anno Domini 1579 Amstelrodami contingit mulierem Catholicam conjugatum peperisse. Maritus Calvinista voluit prolem ritu Calviniano, mater vero Catholico more baptizari. mater pertimescens maritum fore pertinaciorem quàm vt vxoris desiderio cederet, actandem cernens illum ad Calvinianum baptismum petendum accingi, festinauit maritum præuenire & extemporaneo baptismo (quia aliter non poterat) prolem baptizauit. Pater huius facti ignarus prolem ad ecclesiam Calvinianam defert vt baptizaretur, Præco Calvinista eum ad baptizandum se componeret diuino miraculo obmutescit. Maritus rem totam secum admirabundus expendens, re infecta domum regreditur. interrogat vxorem, quid egisset circa puerum illa confessâ est se eum baptizasse. ac tandem rem altius considerans, sicuti præco ille diuina virtute repressus obmutuit, sic iste diuina gratia cooperante veterem errorem omnem excussit, & ad Catholicæ religionis obseruantiam redijt.

Novatum constat eo quod nec chryisma nec exorcismos in baptismo percepisset à maligno vexatum.

2.
ibid. c. 51.

3.
Euseb. lib.
6. hist.
cap. 33.

B 4

BENE